

D. D.

OBSERVATIONES  
CHEMICO-PHYSICÆ

DE

ORIGINARIA

CORPORUM  
MINERALIUM  
ELECTRICITATE,

QUAS

Suffrag. Ampliss. SENAT. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,  
PRÆSIDE

DN. PETRO ADRIANO  
GADD,

Chem. PROF. Reg. & Ordin. Rei. Plant. DIRECT. Reg.  
Acad. Scient. Holm. MEMBRO

b. t. RECTORE MAGNIFICO,  
PRO LAUREA

*Publicæ disquisitioni submittit*

BENEDICTUS JAC. IGNATIUS,

WIBURGENSIS.

IN AUDITORIO MAJORI DIE XIII. JUNII ANNI MDCCCLXIX,  
T. S.

ABOÆ, Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

VIRO Summe Reuerendo atque Amplissimo  
**DN. MAG. FABIANO N.  
GUDSEO,**

ARCHI - PRÆPOSITO per Dioceſin Fridericihafnien-  
ſem Celeberrimo, Consistorii ibidem PRÆSIDI gravifl-  
mo, Ecclesiæ Weckelaxensis ANTISTITI vigilantis-  
ſimo, Scholarumque INSPECTORI  
adcuratissimo,

MÆCENATI MAGNO.

**N**e succenseas, Summe Reverende **VIR**, humili-  
mus precor, quod venerabundam atque gra-  
tissimam, quam ob plura & maxima in me  
collata beneficia, **TIBI** debo mentem, nunc de-  
mum testari audeam. Etenim proprii ingenii  
qualemque hunc fœtum, a celeberrimo Nominis  
Tuo nitorem, quo ipse deſtituitur mutuari volui.  
Respi-

Respice igitur favore, quo soles, alterum hoc meum Specimen, quod summa animi veneracione TIBI jam offerre sustineo, non ea quidem mente, ut summis, quae in me conferre dignatus es, beneficiis levissimo munere vicem exsolvam, sed ut adpareat, latere in me gratissimum TUI favoris sensum.

Me meamque fortunam, quam ipse nosti rei familiaris angustia, valde esse afflictam, ut posthac quemadmodum adhuc Tuo patrocinio commendatam habeas, humillime contendeo. Vive vero, quo sero Te desiderare cogantur omnes boni, ad ultimos mortalitatis terminos felix atque beatus! Ita vovet

Summe Reverendi Nominis Tui

humillimus cultor  
BENEDICTUS JAC. IGNATIUS.

Handelsmännerne  
I Sjö - och Stapelstaden Fredrichshamn,  
Hög välaktade,  
Herr HEINO ERIC BRUUN,  
Och  
Herr JOBST FABRITIUS.

Mine vördrade Gynnare.

I våra tider, då alt medlidande öfver en fattig nästa  
tyckes lika som utsläcknat, finnas ganska sällsynta  
exempel af mänskjur, som anse för et nöje, at  
med sin åtgård kunna bidraga til andras fortkomst, när  
jag undantager hvad egennyttan i denna delen verkar.  
Edar dygd, Mine Herrar, då I utan hopp at någonfin  
se Eder kostnad ertsatt, med råd och dåd hehagat delta  
ga i mine och flere mine Syskons, igenom en kår Fa  
ders tidiga bortgång, iråkade syårigheter, är derföre af  
så mycket större dyrd; den bör af mig så mycket hö  
gre aktas. Och då det är aldeles utom min förmåga,  
at kunna astjena Edra välgjerningar; har jag velat nyttja  
närvarande tillfälle, at för Eder och allmänheten ådag  
lägga, det jag dock ingalunda är känslolös af Edar mig  
bevista godhet. Varen, Mine Herrar, försäkrade at så  
mycket I bidragit til mit väl, så högt lägar åfven mit  
inre af erkänsla och tacksamhet. Varen ock försäkrade,  
at jag aldrig skal upphöra at med vörnad framhårdta Edre

Mine Gunstige Gynnares,

Ödmjuke tjenare  
BENGT JAC. IGNATIUS.



## Prooemium.

**N**on heri aut nudius tertius illa innotuit *electri*, quod succinum etiam vocatur, vis, qua fricatum varias res leviusculas adtrahit, aliquandiu retinet tandemque repellit (a). Ultra laudatum vero succinum proprietatem hanc sese non extendere, creditum est tisque ad saeculum XVI. GILBERTUS enim, ejus temporis Philosophus, quantum quidem constat, primus fuit, qui electricitatem aliis etiam tribuit corporibus, veluti sulphuri, vitro, gemmis, praesertim adamanti, & pluribus aliis (b). Numerum corporum electricorum (c) a GILBERTO traditum suis experimentis auxerunt *Academici Florentini* vel, ut alias vocantur, *Leopoldini del Cimento*, Ambram atque Smaragdum illi addentes (d). Præter Smaragdum, ex gemmis Carneolum etiam electricum esse, urget ROB. BOYLE, ejusdem ætatis diligens satis naturæ scrutator, simul licet fateatur, id non nisi in uno altero Carneoli individuo obtinere (e). Maxima autem industria hac in re versatus est Celeb. du FAY, qui electricitatem omnium corporum, præter metalla, attributum esse contendit (f), quæ tamen quam vera sint, in sequentibus indicabimus. Neque reticenda est opera, quam præstitit hoc in argumento nostri ævi Philosophus

A 3

Dn.

---

(a) *Eius enim mentionem jam facit Plato, ceu colligere licet ex Timæo ejus.* (b). cfr. *ejus Physiolog. nov. s. Tractat. de Magnete lib. 2. Cap. 2.* (c) *Quando heic & alibi in Dissert. nostra mentionem facimus corporum electricorum; corpora intelligimus idioelectrica; symperielectrica enim quævis corpora fieri posse, cuius notissimum est.* (d) *Tentam. Parte 2.* (e) *Vid Tractat. ejus de Mechanica electricitatis productione.* (f) *Nobis ad manus fuit versio Ger-*

Dn. WILSON. Nostratum etjam plures, utpote viri Celeb. RINMAN, BERGMAN & WILCKE varia cum variis mineralis regni subjectis in primis vero lapide Tourmalin ceperunt experimenta (g). Tandem Celeb. Dnus PRÆSES, suis etjam experimentis saepius institutis, id effecit, ut omnibus in summam collectis, si non singulis numeris, ex parte tamen completus jam exhiberi possit corporum mineralium electricorum atque non electricorum catalogus.

Cumque non sufficeret ea, quæ nostra post præproperum optimorum parentum obitum fuit atque est rei familiaris angustia, exhibendo alii cuidam a nobis jam elaborato, de adminiculis nonnullis educationis emendationi interventibus, argumento, ceu prolixiori aliquanto futuro; pro eo, qui noster est scientiarum naturalis amor, Celeb. PRÆSIDENTEM rogavimus, ut laudata sua experimenta, quorum notitiam in prælectionibus suis mineralogicis nobis fecit, communicaret nobiscum, quo alterum edituris specimen, nominatum catalogum, adjectis simul qualibuscumque nostris in hac materia experimentis & observationibus, liceret nobis publicæ committere luci. Petitioni nostra adnuente Celeb. PRÆSIDENTE; habes jam B. L. præsentium conatum rationem. Neque inanem hanc nostram judicamus operam. Quam enim utile imo & necessarium sit nosse, quænam corpora mineralia sint electrica quænam non, tam in doctrina fulminis, quam fossilium theoria, in sequentibus, quantum fert tempus suppetuntque opes, indicabimus.

Pro diversa vim electricam excitandi methodo,  
diversæ

---

*Germanica Tentam. Auctoris in ejus Zwyter Abhandlung  
pag. 44 & seq. videlicet quod sic senserit Celeb. hic vir (g).*  
*Vid. Acta Acad. scient. Holm. annorum 1766. & 1768.*

diversæ nobis erunt mineralium, respectu ad electricitatem habito, classes. Mineralia, igitur quæ mox, vel sine aliqua operatione electricitatem produnt, continet 1:ma, quæ adtritum postulant, 2:da, quæ calorem, 3:ta, quæ simul & calorem & adtritum 4:ta, & denique, quæ neque calore neque adtritu electrica fieri possunt, 5:ta Classis.

## S. I.

*Primam continens, classem.*

Minera ferri adtractoria  
MAGNES.

**O**bseruatio. Magnetem vim adtractoriam in alia etiam, præter ferrum, exferere metalla, ad nostra usque tempora incognitum fuit. Iam vero per experimenta evictum est, magnetem, Zinci etiam Regulum adtrahere (a). Respectu igitur magnæ filius similitudinis, quam vim magneticam inter ac electricam intercedere, non sine re urgent recentiores; magnetem inter corpora retulimus electrica. Si vero alicui hoc nostrum consilium displiceat, magisque ipsi arrideat in antiquis illis ac tritis proprietatis magneticæ atque electricæ manere notionibus; faciles ei hoc ipsum permittimus.

## S. 2.

*Alteram continens classem. \**

- |                 |                           |
|-----------------|---------------------------|
| 1. Ambra grisea | 3. Bitumen Malthæ         |
| 2. Succinum     | 4. - - - Asphaltum 5. Bi- |

(a) Vid. Mineralog. Cronstedt pag. 196. lit. b.

(\*) Nomimum, quibus in mineralibus, quæ bis jam occurserunt pagellis, enumerandis utimur, pleraque illustr. sunt a LINNÉ in Syst. Nat. Tom. III. anno 1768 edito. Cetera Dnis WALLERIO, CRONSTEDT aliisque debemus.

- |  |  |
|--|--|
| 5. Bitumen, Ampelites.                               | 14. Adamas.                                  |
| 6. - - - - Lithantrax.                               | 15. Rubinus.                                 |
| 7. - - - - Gagas.                                    | 16. Sal ammoniacum.                          |
| 8. Lapis Suillus.                                    | 17. Tartarus.                                |
| 9. Crystallus montana non colorata. WALL. Sp. 104.   | 18. Auripigmentum Spato-sum                  |
| 10. Stirium gypseum. LIN.                            | 19. Minera cupri phlogistica,                |
| 11. Spatum duplicans, Sele-nites alcalinus Spatosus. | Kopparbrandertz. CRON-ST. §. 161.            |
| 12. Gypsum Spatosus, Sele-nites. CRONST. §. 18.      | 20. Argilla Umbra                            |
| 13. Fluor Spatosus. CRON-ST. §. 99.                  | 21. Zeolites crystallisatus, CRONST. §. 111. |
|  | Hyolites.                                    |

*Observ.* 1. Quæ prima nominantur usque ad Cryst. mont. eademque inclusa electricam adtractionem facile produnt, majorem vero postulant adtritum cetera, adamante excepto.

*Observ.* 2. In omnibus Spatis alcalinis excitari potest electricitas, & quidem eo facilius si crystallisata fuerint. Non tamen hoc inferendum de alcalinis quibuscumque veluti Cretite, Marga cretacea aliisque.

*Observ.* 3. Quod præter Adamantem & Rubinum gemmarum etiam aliæ adtritu electricæ fieri possint, nulli dubitamus; licet experimenta cum illis capiendi occasionem non habuerimus. Hoc tamen ut certi quid ex experimentis notamus, quod quo magis metallici quid involvant, eo difficilius in iisdem excitatur electricitas. Alia vero ratio est gemmarum silicearum, in quibus yim electricam nulla ratione excitare valuimus.

*Observ.* 4. In electricitate penes Zeolit. crystall. excitanda, maximam licet exinde experti sumus difficultatem, quod ei, qui ex litho phylacio PRÆSIDIS nobis ad manus fuit, in Pyrite cupri sedes erat; quod tamen eidem tribuenda sit originaria electricitas, ex experimentis quæ cum illo instituimus, facti sumus certiores.

## §. 3.

*Classem comprehendens 3:tiam.*

- |                              |                                     |
|------------------------------|-------------------------------------|
| 1. Tourmalin, Aschendrecker. | 4. Sal ammoniacum fixum             |
| 2. Adamas Zeylonicus.        | 5. Sulphur nativum purum            |
| 3. Basaltis quædam Species   | 6. Zeolites, vitriformis violaceus. |

*Observ.* 1. Circa lapidem Tourmalin magnopere versata est industria eruditorum in primis recentiorum. Cui historiam ejus noīse & experimentorum cum eodem institutorum notitiam habere, volupe fuerit; adeat Acta Acad. Scient. Holm. Anni 1766, pag. 89, 1768 pag. 3, nec non ejusdem Anni pag. 97. Cum his conferat eadem Acta pro mens. Jan. Febr. Mart. 1766 pag. 45.

*Observ.* 2. De Adamante Zeylonico vid. pag. 54. Actor modo cit. quemadmodum & ibidem pag. 55. de Balalte legi potest.

*Observ.* 3. Cum Sulphure vivo tam pellucido quam opaco varia instituit experimenta Celeb. PRÆSES, quæ & nos iteravimus. Posuimus scilicet illud super fornace calefacta (*på bållan af en opvärmd kakelungn*) atque deprehendimus, sua quasi sponte plumas ac lanugines adtrahere, adeo ut illis pâne circumvestiretur. Vini sulphuris electricam confirmant etiam experimenta OTTONIS GUERIKE cum globo Sulphureo instituta.

4. Qui electricam Zeolit. vitrif. viol. attractionem primo detexit, est Celeb. RINMAN in Actis cit. Annis 1766. pag. 54.

§. 4.

*Classem continens 4:am.*

- |  |  |
|--|--|
| 1. Humus lapidea picea,<br>Loc. Schunja Rossia.            | 9. Sal microcosmicum.                            |
| 2. Argilla subindurata Den-<br>dritica WALL. Sp. 28. n. 3. | 10. Litantrax.                                   |
| 3. Crystallus montana nigro-<br>fusca, Rauch-Topase.       | 11. Spatum plumbi.                               |
| 4. Lapis Bononiensis, Chi-<br>nesiske Petunsen.            | 12. Saxa Quartzosa & alca-<br>lino-Spatosa.      |
| 5. Gypsum usuale.  | 13. Niccoli minera.                              |
| 6. Magnesia  | 14. Minera Stanni crystalli-<br>fata, Zingrauen. |
| 7. Stalactites marmoreus.                                  | 15. Vitrum Cobaltii,                             |
| 8. Borax.  | 16. Antimonium crudum.                           |
|  | 17. Arsenicum album & rubr.                      |
|  | 18. Regulus Zinci.                               |

*Observ. 1.* Argillis per se nulla inest electricitas originaria. Quod tamen de subindurata hacce specie id ex experimentis pronunciemus, partibus inflammabilibus regni vegetabilis quibus constat, tribuendum.

*Observ. 2.* Calculos cancerorum, ad concreta regni animalis pertinentes, etiam electricos esse, verbo nominasse liceat.

*Observ. 3.* Borax, antequam electricitatem prodit, ut probe calefiat, postulat.

*Observ. 4.* Sequentia cum sale microcosmico a Celeb. MARGRAFFIO instituta experimenta vim hujus salis elec-

lectricam confirmant. 1. Acidam ejus, inflammabili junctum, phosphorum constituit. 2. calcinatum cum ferro vel stanno, electricum edit fulgorem.

*Observ. 5.* Quando Lithantracem, quam supra ad 1:mam retulimus classem, etiam ad 3:tiam pertinere urgemus; id hoc loco tenendum de speciebus ejusmodi, in quibus majori quadam copia, quam in Lithantrace simpli citer sic dicta, cum phlogisto minerali conjuncta est argilla. Ubi vero tanta est argillæ copia, ut phlogiston pondere vincat, quemadmodum in specie, qua *Koln Svet.* vocatur, nulla adparet electricitas.

*Observ. 6.* Quamvis in Spato plumbi excitari possit attractio electrica, nullum tamen in Spatis ferreis ejus observavimus vestigium.

*Observ. 7.* Maximam meretur attentionem singulare illud in Zinci regulo phænomenon, quod postquam in illo excitata sit electricitas, particulæ ejus minores a magnete adtrahantur. Dignum est, ut observetur, annon idem in aliis etiam metallis obtineat? Nobis pro temporis brevitate non licuit ejusmodi capere experimenta.

### S. 5.

#### *Ultimam s. 5:tam classem continens.*

- |                             |  |
|-----------------------------|--|
| 1. Argilla apyra.           | 9. Creta thermalis.  |
| 2. - - - rudens vitrescens. | 10. Conites argillaceus, <i>Alf-<br/>varsten.</i>                |
| 3. - - - fullonica.         | 11. Cretites & Cretites ar-<br>gillaceus, <i>Freestone Engl.</i> |
| 4. - - - Tripolitana.       | 12. Margodes.  |
| 5. Terra sigillata.         | 13. Malachites.  |
| 6. Tophi argillacei.        | 14. Steatites.   |
| 7. - - - margacei.          |  |
| 8. Creta solida             |  |

15.	Spatum Scintillans, <i>Felt- jpat.</i>	46.	- - silicinum.
16.	Lapides Jaspidei.	47.	- - Porphyrius.
17.	Silex pyromachus.	48.	- - Granites.
18.	- - marmoreus.	49.	Natrum, <i>Baurach.</i>
19.	- - Hemachates.	50.	Alumen.
20.	- - Opalus.	51.	Sal gemmæ.
21.	- - Carneolus.	52.	Nitrum.
22.	- - Chalcedonius.	53.	Vitriolum.
23.	- - Achates.	54.	Pyrites sulphureus cry- stallinus.
24.	Schistus Aluminaris.	55.	- - figuratus.
25.	- - Novacula.	56.	- - ferri.
26.	- - Tabularis.	57.	- - cupri.
27.	- - Ardesia.	58.	- - Arsenicalis.
28.	Zeolites, <i>Lapis Lazuli.</i>	59.	Hydrargyrum, Cinna- baris.
29.	- - rufescens Spatosus.	60.	Molybdænum Plumbago
30.	Amianthus.	61.	- - Spuma lupi.
31.	Afbestus.	62.	Zincum mineralisat. Spi- auter.
32.	Mica membracea, Gla- cies maria.	63.	- - sterulum.
33.	Smiris.	64.	- - rapax, <i>Rødflag.</i>
34.	Pumex.	65.	- - Calaminaris.
35.	Mica.	66.	Vismutum commune mineralisatum.
36.	Basaltes.	67.	Cobaltum arsenicale.
37.	Granatus.	68.	- - pyriticosum.
38.	Leptamnites.	69.	Plumbum Galena.
39.	Talcum.	70.	- - Stibiatum.
40.	Saxum talcosum.	71.	Ferri minera.
41.	- - Trapezum, <i>Trapp.</i>	72.	Ferrum Spatosum.
42.	- - tritorium,	73.	Ferrum Hematites.
43.	- - grandævum.	74.	Cupri minera.
44.	- - tinnitans.		
45.	- - Amnigenum.		

- |                                   |                                 |
|-----------------------------------|---------------------------------|
| 75. Argenti minera.               | 79. <i>Helmintholithus Con-</i> |
| 76. Aurum mineralisat.            | <i>chidium.</i>                 |
| 77. <i>Amphibiolithus Glosso-</i> | 80. - - <i>judaicus.</i>        |
| <i>petra.</i>                     | 81. - - <i>Echinites.</i>       |
| 78. <i>Entomolithus para-</i>     | 82. - - <i>Astrion.</i>         |
| <i>doxus.</i>                     | 83. - - <i>Belemnites.</i>      |

*Obseru.* 1. Lapidés Jaspideos pluresque alios, quos sub ultima hac classē enumeravimus, idioelectricos esse, ex experimentis monet DU FAY in lib. supra cit. pag. 47. & 48. Nos autem, saepius licet & summa diligentia cum illis experimenta instituerimus, nullam in eis deprehendimus electricam adtractionem.

*Obseru.* 2. De Petrificatis tenendum, electricitatem originariam in illis differre pro ratione matricis. Ubi enim hæc argillacea aut margacea fuerit, nullam produnt. Contraria vero est ratio, si ex Spato alcalino constet petrificatum.

### §. 6.

#### *Conclusiones s. Corollaria continens.*

1. Quia in Sulphure aliisque (§. 3.) solo calore exercitari potest electricitas; montes sulphure abundantes, interdum, accidente scil., qui huic effectui præstando sufficit, calore, non possunt non & ipsi electrici fieri, & suam cum aere electricitatem comunicare, sicutque fulminis materiam augere (*a*), id quod variis circa fulmen observatis phænomenis explicandis infervit.

2. Posita lege illa, in doctrina electricitatis fundamentali:

---

(*a*) *Confr. Celeberrimi BERGMAN Intrådes Tal om möjligheten at förekomma Åskans skadeliga värkningar p. 95.*

mentalium corpora idioelectrica majorem habere attractiō-  
nem ad ea, quae symperielectrica sunt, quam ad se in-  
vicem; sequitur ea corpora mineralia, quae sub 5:ta  
enumeravimus classe, fulminis materiam, quam electricam  
esse ostendunt recentiores, adtrahere. Possunt ita-  
que esse ejus quasi conductores, eandem ad globum  
nostrum terraueum ducentes.

3. Ratio hinc reddi potest, cur certas mineralium  
species nunquam vel rarius fulmina recipere, frequen-  
tius autem alias (montes e. g. quorum petrae vel Basalt-  
e vel Leptamnite vel Steatite vel etiam Spato scintil-  
lante, *Felspat* abundant) observaverint naturæ curiosi.

4. Exinde quod argillam, quemadmodum pleraque  
metalla, electricitatis originariæ prorsus incapacem esse  
deprehensum sit (§. 5.) probabiliter concludimus 1:mo  
lapidum non electricorum constitutionem ingredi terram  
vel argillaceam vel micaceam, vel basalticam &c. &  
2:do lapides qui vim electricam admittunt, qua minimam  
partem, nominatis constitui principiis, ut plu-  
ribus conclusionibus adferendis allatisque magis evol-  
vendis, brevitati litantes jam supersedeamus.

Nota. *Corporibus electricis 3:tiæ Classis adnumeravi-*  
*mus etiam Sal amoniacum fixum. Esse vero corpus hoc*  
*salino-terreum inter illa referendum facile concedet, qui*  
*neverit, Phosphorum sic dictum Hombergianum ex eodem*  
*præparari, vid. Hist. de l' Acad. de Paris 1693.*

S. D. G.

